



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

21. An Pontifex potuisset præcipere confessionem, si non fuisset à Christo
præcepta, sed tantum instituta? Ex p. 8. tr. 1. res. 13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

30 : Tract. I. De Potestate Pontificis

Pontificis possit simplices Sacerdotes templa, & Virgines consecrare, nec non Christina confidere. Ceterus autem Canon *Presbyter*, non tam indicat impossibilitatem, sed facultatem dispensandi in confessione Christinatis, quam in confessione Virginis.

10. Ad hanc ex allata ratione tantum sequitur, non esse ita facile dispensandum in confessione materia, quam in administratione huius Sacramenti: cum minor necessitas urgere possit in consecratione materia, quam in administratione Confirmationis. Et haec omnia docet Amicus, ubi supra, quae curiosis Lectoriibus grata fuisse scio, ad sciendam Pontij opinionem, & in fauorem Pontificiae auctoritatis.

11. Nota etiam præter Amicum, affirmatam sententiam docere etiam Scotum, Sotum, Caetanum, Victoriam penes Praepositum in 3. part. quæst. 72. art. 3. dub. 2. num. 320. qui magis modeste vocat Pontij sententiam probabiliorum: vindictam reprobans venit *Hurtadum de sacram. Confirmat. difficult.* 5. dum asserit, Sotum falso existimare ex confirmatione Pontificis posse simplicem Sacerdotem benedicere Christi, nam sententia Soti, Amici, & aliorum, sive non caret probabilitate, & post haec scripta inueni sententiam affirmatiuam docere etiam nouissimam ex Societate Iesu P. Escobar in *Theolog. moral. tract. 7. exam. 3. cap. 1. num. 14.*

RESOL. XXI.

An Pontifex potuisse præcipere confessionem si non suisset à Christo præcepta, sed tantum instituta?
Ex part. 8. tract. 1. Resol. 13.

Sup. doctrina huius
Ref. legi supra §. 1. Ref.
6. & aliam Ref. eius
not.

¶ 1. Respondeo aliquos afferentes Ecclesiam non potuisse præcipere Confessionem annuum pura lege Ecclesiastica, nisi modicatio esset in eius lege, & statuto diuini præcepti, atque ita annuam confessionem non potuisse præcipi ab Ecclesia, nisi iam præcepta à iure diuino, tantum modicatur census illius obligationis; ita docet Sotus in 4. distinç. 18. quæst. 1. art. 1. conclus. 4. & vñica ratione, & in hoc primo conuenient cum Soto Canus in *relectione de penitentia*, part. 5. ita licet, fol. 155. & 9. In quarto casu, fol. 164. Paludan. distinç. 17. quæst. 2. art. 2. num. 9. & 10. ubi in hoc probat sententiam Durandi. Hoc probat Sotus, quia Ecclesia non habet potestatem instituendi Sacraenta, quasi inde ducat non posse Ecclesiam instituere lege sua necessarium esse confessionem, nisi tunc diuino necessaria esset. Secundo docet Sotus, quia erat præceptum diuinum vagè obligans, nec determinans tempus, potuisse Ecclesiam obligare ad confessionem non simpliciter, sed supposita obligatione legis diuinæ, determinando tempus illius, vnde præceptum hoc appellat ipse modificationem legis diuinæ. Hanc etiam sententiam tenet Coninck de *Sacrament.* disp. 5. dub. 3.

2. Sed alii existimant, quod supposita institutione huius Sacramenti à Christo facta, si supponeremus Christum non præcepisse eius receptionem, sed in libera voluntate hominum eam constituisse, adhuc Ecclesia per potestatem humanam à Deo datum, potest præcipere receptionem huius Sacramenti. Probatur, quia hoc præceptum instituere non excedit potestatem Ecclesie; ergo potest illud instituere. Probatur antecedens, & quidem in primis non excedit potestatem Ecclesie.

ratione Sacramenti considerari, ut quoddam totum est, quia Sacramentum ipsum in actibus exterioribus consistit, quia est signum sensibile sacramentum significantis nos; & licet requirat hoc sacramentum aliquem actum internum, & insensibilem contritionis, vel attritionis, tamen quia talis actus necessario requiratur ad actum sensibilem confessionis, vt illa sit humili, & deuota aequalis, & non iocosa; & quæ est pars huius Sacramenti, in quantum est sensibilis, & patet per actum exteriorem confessionis, non repugnat Ecclesiam præcipere huiusmodi actum. Præterea non excedit potestatem Ecclesie impetrare confessionem, etiam si hæc aliquando sit actum interiorum, quia Ecclesia directè non solum præcipit confessionem vocalē, seu receptionem huius Sacramenti, qui est actus externus, & circa quem habet iurisdictionem directam; circa peccata verò interna, solum indirectè versatur Ecclesia, quatenus ad veram confessionem vocalē, & integrum etiam est necessarium confiteri interna peccata. Quæ doctrina isto potest exemplo confirmari, nam Ecclesia, qua directè præcipit audire Missam, indirectè etiam præcipit attentionem, & devotionem, necessarium ad hoc, ut auditio Missæ morali, & humano modo, ac debito, congingat, & tamen afterio, & deuota actus sunt interni animi; ergo Ecclesia rectè potest præcipere per se sola confessionem peccatorum interiorum quod quidem probabilitate defendi potest, probabilitus tamen iudico in isto casu, quo quis tantum habet conscientiam peccatorum mortaliū interiorum, præceptum Ecclesiasticum recipiendo hoc Sacramentum alio modo obligare, Ecclesia enim solum præcipitet confessionem exteriā, penitentis tamen confiteri debet interiora mortalia, & cum dolore animi, ratione præcepti diuini obligantis ad integratitudinem confessionis, & ne fiat iniuria Sacramento. Nam si Ecclesia sola præcipere confessionem, non posset ex se directè præcipere, vt quotiesquis habet peccata tantum interna, ea explicaret in confessione, quia sicut neque Ecclesia obligare homines ad actus meritis interiores, ita neque occasione accepta, tantum ab illis aliquid præcipere, sic enim directè suam iurisdictionem extenderet ad actus meritis interiores. Et haec omnia docet Ochagavia de *Sacrament.* tractat. 2. de *Confess. sacram.* quæst. 2. num. 6. Vide etiam Hurtadum de *Sacram.* disp. 7. diff. 4. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 55. sect. 1. num. 18. Vasquez tom. 4. quæst. 90. art. 1. dub. 4. n. 71. & alios.

3. Nec obstat dicere, quod Ecclesia nequit instituere Sacramenta, ergo nequit circa ea aliiquid præcipere, quare in eo casu, quo Christus Confessionem sacramentalem minime imperasset, non valeret Ecclesia eam præcipere, ad candom enim potestatem pertinere videatur, & rem aliquam instituire, & circa eam debita præcepta imponere. Huic tamen argumento facile respondetur, Ecclesiam minime posse instituere Sacraenta, quia eorum institutio ad potestatem pertinet excellentiæ, quam non esse à Christo Ecclesia communicatam, necessario facili debemus; nihilominus tamen recte potest Ecclesia præcepta sui imponere circa Sacraenta iam instituta à Deo, hoc enim posterius facilius est, & minus illa prior, atque ita Ecclesia hanc in se recognoscens potestatem in Concilio Tridentino sessione 23. cap. 4. præcepit sacramentum Confirmationis debere plus ab illis suscipi, qui prima Tonsura volunt initiari, & alibi præcipit ceremonia Baptismi, & sacrificij Missæ,

sx,

In ordine ad Sacra menta. Resol. XXII: 3

se, ut huiusmodi mysteria cum debito honore celebrarentur.

4. Neque etiam obstat dicere quod Ecclesia non possit cognoscere, num adhuc contritio, & an aliquis habeat interna, & proinde non possit cognoscere, num confessio habeat debitas conditiones; ad hoc enim, ut eam valeat præcipere, sufficit quod sit actus extenus, sicut potest præcipere orationem, licet non possit cognoscere omnem internam conditionem ac eis orationis requiri tam, & ita non possit omnino certe cognoscere actum extensem; propterea fortius talis species moralem.

5. Ad argumenta vero Sotii, & aliorum, respondeo Ecclesiam non posse instituere Sacra menta; nequamus tamen, non posse eorum semel institutorum vnum præcipere, quia instituere est distingue, & altius, quam præcipere vnum eius, quod iam institutum supponitur. Et haec omnia distille volo ad mentem supradictorum Doctorum.

6. Nam mihi magis placet hanc difficultatem secundum mentem Amici proponere: itaque in eius Theolog. tom. 8. disput. 17. sect. 2. n. 12. ponit duas assertiones clare, & docte, more suo.

7. Prima, non posse Ecclesiam immediate præcipere totum sacramentum Pœnitentia, prout de facto a Christo institutum est. Fundamentum est: quia non hoc Sacramentum, prout de facto a Christo institutum est, essentialiter includit internum dolorem, & confessionem omnium peccatorum mortalium, etiam internorum; sed Ecclesia non habet potestatem supradictum inter nos: igitur non posse hoc Sacramentum, prout de facto a Christo institutum est, præcipere. Maior est de fide, definita a Trid. sess. 14. can. 3. 4.

8. & Can. 4. & 7. Minorem suppono ex communi Doctorum sententiâ. Nam licet Ecclesia potestare habeat in actus internos, quatenus principia sunt exterorum, non tamen potestare habet in actus pure internos, qui nullo pacto principia sunt exterorum. Ratio vero est, quia tota authoritas, quam habet Ecclesia in spiritualibus, est per ordinem ad extensem regimen Hierarchicum, vi inferiores subordinantur superioribus, & superiores supremo Capitu totius Ecclesiastici regimini, qui est summus Pontifex, Vicarius Christi. Nam ea potestas concessa est Ecclesia que accommodata est humano regimini: cum enim Deus suam Ecclesiam regat per homines, eam tantum potestare suo Vicariatu contulit credendum est; quia necessaria est, & sufficit ad humano regimen. Hac autem, ut patet, est potestas in eos duntaxat actus, qui aliquis modo in extensem prodire possunt. Nam hi tantum possunt humano modo, hoc est, sensibili aliqua notitia dignosci, & ab Ecclesia regulari. Actus autem pure interni, cum per se non cadant in notitiam aliquam sensibilem, non possunt esse intra sphæram humanae gubernationis, cum non possint homines vel ad eos elicendos, vel ad eos elicitos externo aliquo signo manifestandos cogi, nisi ab eo, qui omnia hominum secreta nouit.

8. Afferio secunda, posse Ecclesiam direcere, & per se solum præcipere confessionem de peccatis extensis, quia præcepto positio, obligaretur pœnitentia iure divino, propter reverentiam, quam debet huic Sacramentum, ne illud irritum reddat, vna cum peccatis extensis confiteri aliqua peccata mortalia interna, astimum doloris ad hoc Sacramentum necessarium elicere. Prima assertio pars patet: nam in tali præcepto nihil est, quod Ecclesia potestatem excusat; nam totum id, quod præcipiteret,

est actus extensus conducens ad extensem segmen, & gubernationem Ecclesiasticam, propria quam Ecclesia potestatem habet ad omnes actus extenos fidelium. Hucusque Amicus, & ego.

RESOL. XXII.

An à Ponifice hodie sit latum præceptum de aliquo usi confessionis distinctum à præcepto annua communionis.

Et an hoc præceptum sit iurius Diuini quoad substan-
tiam rei præcepta, ita ut Ecclesia solum determi-
nauerit tempus, quo dinum præceptum effet ex-
equiori mandandum? Ex part. 8. tract. 1. Rel. 14.

9. 1. **D**ubitatur Durandus, qui in 4. 4. 17. q. 14. Sup. doctrina contenta in hac Rel. lege infra doctrinam Ref. 29. per totam, & genitrix Rel. & §§. eius primæ not.

Dabitur Durandus, qui in 4. 4. 17. q. 14. Sup. doctrina contenta in hac Rel. lege infra doctrinam Ref. 29. per totam, & genitrix Rel. & §§. eius primæ not.

de hac re dubitat. Cuius fundamentum est: quia non potest Ecclesia præcipere, quod sub ipsius iudicium cadere non potest. Nequit autem confessio omnium peccatorum mortalium cadere sub iudicium Ecclesie: nequit igitur talis confessionem præcipere. Maior constat: nam omnis lex habere debet vim coercitivam, ut suos transgressores punire possit. Ergo omnis lex debet esse de his, quae cadere possunt sub iudicium legislatoris: nam quae sub iudicium legislatoris cadere non possunt, puniri nequeunt, cum omnis iusta punitione praetoponat culpæ notitiam. Minorem probat, quia vel peccata sunt mere interni, & haec sub iudicium Ecclesie, quæ interna hominum secretæ non nofit, cadere non possunt; vel si sunt externa, saltem Ecclesie constare non potest, an ea fideli confiteantur, cum actus confessionis sit occultus, & secretus. Vnde infert in cap. omnis viriusque sexus, pet se tantum præcipi Eucharistiam: de confessione vero esse tantum salubre consilium. Quod si, inquit, non sit sola exhortatio, sed præceptum, illud quidem posset ligare conscientiam, quatenus sit ab Ecclesia auctoritate Christi, sed poena temporalis illius statuti transgressor puniri non potest, cum non possit conflare transgressionem. Haec Durandus.

2. Sed contra est communis, quod aperte probatur, & præcepto late ab Innocentio II. I. in Conclu-
sione Lateranensi, his verbis, ut refertur de peni-
tentiis, & remissi. cap. 12. Omnis viriusque sexus fidelis, postquam ad annos disfectionis peruererit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno si deliter confiteatur proprio Sacerdoti, & in unum sibi penitentiam propriis viribus studeat adimplere. Vbi & præceptum de communione in Pascha-
te statuens, sic subdit: Suscepitne tuerenter ad min-
imus in Pascha Eucharistie sacramentum. Vbi ver-
bum confiteatur, præceptum importat: est enim verbum imperativum, quo legislator suum impe-
rium subdit initium, quod cum sit de re grauis-
sima, & animi salutem maximè concerneat, obli-
git sub reatu peccati mortalis, præter penam tem-
poralem, quam ibidem Pontifex transgressoribus decernit.

3. Restat modò respondere ad argumentum Durandi, & distinguenda est minor: non potest confessio sacramentalis quod peccata pure interna ca-
dere sub iudicium Ecclesie concedo, quod pecca-
ta externa, & actum exterioris confessionis, nego.
Nec refert, quod actus exterioris confessionis sit
occultus, & secretus: nam etiam in actus occultos
& secretos Ecclesia habet potestatem. Non enim
necessum est, ut tales actus cadant in iudicium
Ecclesie, ut in illos potestatem habeat, sed sufficit,
ut apti sint, ut possint cadere; apti autem sunt hoc
C 4 ipso;